quod dicitur monasterium quod integrum reliquerunt cum in eodem stantes se mere non defenderent monachorum. inde surgentes destruxerunt castra hec scilicet novissime castrum quod dicitur rugomagnum quod percussiones expectans noluit ex pacto parere credens forte post vulneratam causam remedium postulare. Verumtamen possum ego veritatis testimonium utique perhibere, quoniam cum Florentini non possint castelli muros ascendere et scale deficerent fracte iam saxis primus de se fecit scabellum recipiens alium super renes et sic de renibus in renes ascendentes pervenerunt ad summum resistentibus cum gladiis et securis castellanis et ignem mixto sulphure proicientibus super eos. evaserunt tamen ab igne celo dante pluviam et immoderatam grandinem carnem armis vacuam usque ad sanguinem lacerantem. Superatum est